



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 65. Imperator inter Bavariæ Duces pacem conciliare studiosus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.  
A. C. 1417

tium, & procurationes, id est, præstations omnium, quæ Episcopis Visitantibus, pro eorum sustentatione & dignitate statutus tuenda necessaria sunt. Cum Pontifices saepe ejusmodi procurationes, eas nempe sibi reservando, sibi metiis appro priaverint, & collectores ad eas exigen das miserint, Synodus hunc abusum omnino abolet. Item quia Pontifices nominationem ad certa beneficia unacum eorum redditibus, quamdiu vacaverint, sibi reservaverant, ideo Concilium statuit; *quod quorumcunque Clericorum etiam in Curia Romana decedentium spolia seu bona eorum mortis tempore reperta plene & libere pertineant illis, quibus alias competere deberent, cunctis quoque Clericis hujusmodi spoliorum exactiones interdicit, additque constitutione felicis recordationis Bonifacii VIII, quæ incipit: Pro Præsenti, super hoc edita specialiter in suo robore duratura,*

### §. LXV.

*Imperator inter Bavariæ Duces pacem conciliare conatur.*

Finita sessione Sigismundus, ut dissidia inter Bavariæ Duces exorta componeret, comitia ordinum Imperii indixit, sed sinistro successu. Nam Ludovicus Ingolstadiensis lineæ, nimium feroci suo indulgens genio, usque adeo insultavit Hen-

Henrico Patrueli suo, ut eum furem, per-Sæcul. XV.  
fidum, imo & Nothum appellaverit. A. C. 1417.  
Henricus Imperatoris præsentiam reveri-  
tus, in flagranti injuriam ulcisci distulit,  
eodem tamen adhuc die quibusdam No-  
bilibus, suisque familiaribus stipatus  
equum concendit, Ludovicum per pla-  
teas euntem aggressurus.

### §. LXVI.

*Henricus Bavarus Ludovicum Patru-  
lem suum vulnerat.*

Obvius ei venerat Ludovicus, comitan- *Vindeck c. 71.*  
tibus eum ephebis suis, quem e con-  
vivio Cæsaris domum redeuntem Henri-  
cus stricto ense in platea aggreditur,  
eumque pluribus plagis afficit. Ludovi-  
cus tamen, quamvis fauciatus esset,  
opportuna dexteritate Henrico arma  
excussit, illumque gladio transfixisset,  
nisi Nobiles eundem comitantes in tem-  
pore opem tulissent, tanto furore in Lu-  
dovicum irruentes, ut semianimis ex e-  
quo decideret. Imperator comperto fa-  
tali casu Henricum comprehendendi jussit,  
cum vero præcipiti fuga in Bavariam di-  
lapsus esset, Imperio proscriptus fuit. Ele-  
ctor Brandenburgicus ejus affinis, flexis  
coram Imperatore genibus, pro Henrico  
veniam postulavit, tantumque suis effe-  
cit precibus, ut sententiae dilationem ob-  
tine-